



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum  
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de  
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

**Albertus <de Padua>**

**Vlme, 1480**

De secundo euangelio i[.] natiuitate domini. Introductio sermonis decim.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30888**

I

missis diebus festiuis. Cantatur quidem in missa vt eadem exultatione fiat sacratae hostie missio. qua missio in carnem diuini uerbi facta est. Cantatur autem solis diebus festiuis. quia hoc canticum est exultationis et gaudii. Rogemus ergo deum ꝛ.

### De secundo euangelio in natiuitate domini Introductio sermonis decimi.

Pastores loquebantur adinuicem: transeamus vsq; Bethleem et videamus hoc uerbum quod factum est ꝛ. Luca secundo capitulo. Oriente sole et apparente aurora. uidemus aues celi cantando exultare. Et cum legeretur nobis euangelium missae nocturnae audiimus supernos spiritus nouo cantico exultasse. atq; veri luminis ortum magno gaudio nunciasse pastoribus. Et quia iam fit uigilia matutina cum angelis exultemus cum pastoribus properemus. vt videamus uerbum caro factum. Quoniam autem predicatorum hodie cupiunt ostendere nobis uerbum hoc quod factus est dominus. ideo ad matrem uirginem recurramus. conseruantem et conferentem de singulis in corde suo. vt ipsa nobis aliquid reuelare dignetur. tante solennitati congruum quod uestra fraternitati denunciem. quod vt fiat. demulceamus pias aures uirgineas angelica salutatioe dicentes. Aue Maria gracia p. ꝛ.

#### Prima pars

Pastores loquebantur adinuicem. transeamus vsq; Bethleem et cetera. Si huius rei nouitas euangelizata pastoribus. illis fuisset Atheniensibus nunciata: qui ad nihil aliud uocabant. nisi aut dicere. aut audire aliquid noui. vt scribitur Actuum deumoseptimo capitulo. puto quod hoc nouum omnium nouorum nouissimum reputassent. et canticum nouum domino decantassent. quia mirabilia fecit. sed pastoribus hoc fuit nunciatum. vt non solum nouitas sit in facto. uerum et mirabile appareat sacramentum. quod animal homo in consideratione. tam eximie suspeditur nouitatis: In hoc igitur euangelio ubi saluatoris nostri natiuitas diligentis examinatione perquiritur a pastoribus. fit mentio de tribus premititur enim sollicita inquisitio ueritatis. consequenter additur inaudite admiratio nouitatis ibi: et omnes qui audierunt Deinde postponitur deuota ingressio deitatis. ibi: reuersi sunt pastores. In prima parte euangelii que nobis insinuat sollicitam inquisitionem pastorum. de ueritate illis ab angelo nunciata

## Sermo

quatuor tanguntur. Primum est mutua allocutio. unde dicitur  
pastores loquebantur adinuicem: Descendentibus enim angelis  
ab eis in celum. tunc mutuo loquebantur. exhortantes seipfos  
ad iter. vel consulentes quid agendum esset. et admirantes sup  
tanta visione. Et attendendum quod nihil responderunt pastores  
angelis. sed illis abeuntibus primo ad semuicem loqui ceperunt  
quia delectabantur suauitate celestis cantus. erant enim in extra  
si mentis propter immensam claritatem. et timore quidam eos pos  
sidebat. ut cum angelis loqui non possent. Deinde ponitur quod  
loquebantur ibi: transeamus usque Bethlem. Et bene dicitur in  
seamus. quia erat parua via: et videamus hoc verbum Exodi  
tercio. Vade et videbo visionem hanc magnam: vere magna  
visio: videre gloriam eius. quasi unigeniti. qui verbis caro factus  
est. Nota quomodo correspondent vltima primis. quom  
am in veteri testamento ordinavit christus pastores sue dispensa  
tionis ministros: Moyse enim pascenti gregez: apparuit in flamma  
ma ignis de rubo. Exodi. tercio. Et nunc pastoribus figurate  
natiuitatis in flamma rubi ardentis annunciat veritatem. C  
Deinde dicit: quod factus est non ab homine: sed a deo: quod  
fecit dominus Ysaie nono. Verbum abbreviatum faciet dominus  
super terram: et ostendit nobis eius ostensionem desiderabat  
Dauid dicens. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et  
salutare tuum da nobis. Et nota quod tria dicuntur hic de hoc ver  
bo diuino admiratione digna. diuinum enim verbum non ter  
mino concluditur cum totum vbique sit: et tamen hic de se di  
citur hoc verbum. vltimus cum dicat articulus fidei. hoc verbum  
est genitum non factum. tamen hic dicitur: quod factus est: quod  
fecit dominus. Rursum hoc verbum absconditum est nobis:  
cum dicatur Ysaie quadragesimo quinto capitulo. Ne tu es de  
us absconditus: tamen hic dicitur: et ostendit nobis: que om  
nia diuino verbo congruunt: ex eo quod ipsum caro factum est.  
Sed illa expositio est iuxta subtiliorem intellectum. Communi  
orem igitur adhibeamus intelligenciam: videamus: hoc ver  
bum id est inuicem rem recitatione dignam: quod factus est  
nouiter. quia fuit a seculis inauditus: sed non a quocumque ita au  
ditum: sed dominus fecit: propter nostram redemptionem et su  
um honorem: et ostendit nobis: id est reuelauit nobis. D  
Secundo ponitur accelerata profectio: venerunt festinantes. nul  
la mora prepedita. secundo Regum duodecimo: transferunt fe  
stinanter. Nota quod festinanter iuerunt et vehementer videndi de

I

siderio infantem natum. ita ut tarde videretur eis illuc posse ac  
 cedere. immutauerat enim eos totos celestis illa visio: et ideo fe  
 stinabant cum psalmista dicentes. Cucurri in siti. sitiuit anima  
 mea ad deum fontem viuum. quando veniam et apparebo ante  
 faciem domini. Et nos fratres karissimi festinemus ingredi in il  
 lud diuersorium in quo iacet puer Emanuel. vnde Hebreorum  
 quarto. festinemus ingredi in requiem illam. et interrogemus  
 pastores. quem vidistis pastores dicite annunciate nobis in ter  
 ris quis apparuit et illi respondebunt. Natum vidimus et cho  
 ros angelorum. collaudantes deum. **E** Tercio ponitur  
 matris inuentio. dicit enim. et inuenerunt Mariam. beatus q  
 eam inuenerit. quoniam ipsa dicit Prouerborum de dmo capi  
 tulo. Qui me inuenerit: inueniet vitam et hauriet salutem a do  
 mino In quo morale documentum. attende quoniam qui vult  
 christum inuenire. primo ad matrem recurrat: Hebreorum secu  
 do. Accedamus cum fiducia ad thronum glorie eius: Ioseph  
 qui virgini exhibebat ministerium: et infantem positum in pre  
 sepio: ita reppererunt ut illis angelus dixerat. Quarto ponit  
 tur inaudite rei firma cognitio: videntes autem: Psalmista. Si  
 cut audiuius sic et vidimus in ciuitate domini virtutum: cog  
 nouerunt: esse verum: quod dictum erat illis de puero hoc:  
 Dicitum enim erat illis eum esse saluatorem: qui est christus do  
 minus: Et attende deuotam fidem pastorum. quoniam credide  
 runt eum esse christum. non visis potentibus signis vnde Ecce  
 liast. tricesimo sexto. innoua signa et immuta mirabilia sed viden  
 tes pauperem matrem ministrare. experte vagientem paruuluz  
 locum humilem contrariis signis opinioni hominum eum cog  
 nouerunt esse christum. et velut deum adorauerunt. Aduerte  
 qd euangelista mutauit etatis vocabulum. quem enim primo di  
 xerat infantem. nunc appellat puerum: cum tamen puericie et  
 tas non incipiat circa secundum septennium. quod ideo facit.  
 euangelista: ut ostendat eum esse deum. quia sua incomprehen  
 sibili eternitate omnia tempora etatum continet et transcendit:  
 Psalmista. Tu autem idem ipse es 7 anni tui non deficient.

### Secunda pars:

f

Secundo enim cum dicitur et om  
 nes qui audierit tangit admiratio inaudite nouitate

## Sermo

et duo facti. Primo enim ponitur iaudite rei admiratio generalis et omnes qui audierunt: audierunt hoc incarnationis misterium omnes gentes iudei. greci. et barbari. et gentiles. et predicatione apostolorum omnibus fuit annuntiatum. Psalmista annuntiauerunt celi id est apostoli iustitiam eius. et iterum. Notum fecit dominus salutare suum. in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. mirati sunt: quod mirum si mirati sunt audientes tunc ista opera deo mirabilia sunt Eccle. vndecimo Mirabilia opera altissimi solius et gloriosa. absconsa et inuisa opera illius et propter hoc dicitur infra admirati sunt in illa multi. et honorauerunt deum. Deinde ponitur alia admirationis causa. et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos: mirabantur. ut dicit glosa. simpliciorem pastorum sciendam et attestationem frequentem in predicatione veritatis. Et attende quod istud inter mirabiliora nostre fidei opera est ordinandum. quod non rectores. non philosophos. non potentes elegit dominus qui sciencia sermonis ac humane sapientie verbis. aut certe potentia seculi: fidelium colligerent multitudinem. Sed dum pastores et pisces mittant ostenditur mirabilis operatio. quia diuinitus et non humana virtute expulsis ydolatrie tenebris veritatis lumen omnes gentes illustrat. Et Secundo ponitur tacita verborum conseruatio: Maria autem conseruabat: in armario pudice peccatoris: omnia verba hec: scilicet de annuntiatione angelica. de exultatione Johannis in uero matris. de ortu saluatoris. de exultatione angelorum. et de fide pastorum. Nota quod hic nobis commendatur primo pudicitia virginis. ut dicit Ambrosius. Maria non magis ore pudica quam corpore secreta que nouerat nulli diuulgauit. sed tacito corde scrutans. congruum tempus quo deus uoluit hoc reuelari expectauit. Secundo commendatur virginis deuotio quam diuina opera conseruabat sollicitate. ut ex quo diuinum iam uerbum pepererat. eiusdem uerbi uerba deuota conseruaret. ps. Exultauit cor meum uerbum bonum. dico ego opera mea regi ueni non solum fuit beatus uenter eius qui christum portauit. et uerba que suserunt. sed amplius fuit beatus spiritus eius qui audiuit uerbum dei: et custodiuit illud. Deinde ponitur assidua mentis uigilantie meditatio: conferens in corde suo secretus uacans contemplationi diuine. Nulla enim unquam creatura tante fuit contemplationis. materia enim illi erat presens et opera suauitatis eximie in ipsa facta sunt. unde Proverbiorum octauo. Ludens coram eo omni tempore. ludens in orbem terrarum et deliciae mee esse cum filiis hominum. ubi loquitur quod mirabile habebat uisum contemplationis

suauitatem conferens ea q̄ in scripturis legerat his q̄ circa se sc̄a videbat legerat em̄ Ysa. Ecce virgo concipiet et pariet filium. et hoc in se completum uernebat. videbat se de stirpe dauid ortā in nazareth de spiritu sancto cōcepisse. in Bethleem peperisse. q̄ ruz oim vt d̄t glo. i diuersis p̄phetis legerat testimoniā.

## Tercia ps

**I** Erco ponitur deuotadentat̄ gloriificacō vñ d̄t. reuer si sunt pastores. Ezech. i. Animalia ibant et reuer bant. Et nota q̄ non prius redierunt pastores q̄ viderunt: et adorauerunt christum: gloriificātes. Ec cle. 43. Glorificate deū q̄tuncūq̄ potestis: et laudātes deū; p̄ Laudabo nomen dei cum cantico. et magnificabo eum in laude Et forte ille eodem cantico quo angeli p̄mo gloriificauerunt de um: et laudauerunt eum dicentes. Gloria in altissimis deo. a i terra par hominibus bone voluntis. etiam pastores laudabant deum venientes cum exultatione. vbi attendendū quō laus an gelica simplici fide et pura mente. etiam in ore resonabat pastoꝝ psallentium. vt qui primo pastorales cōanebant voces: nunc āgelicas pronūciant. hoc est em̄ mutatio dextre exelsi. Deinde po nit exultationē: in omnib⁹: id est p̄pter omnia gloriificabant et laudabant deum tanq̄ auctoꝝ et opificem oim eoz q̄ au dierunt: ab āgelis: et viderunt: p̄priis oculis in bethleem: sic dictū est ad illos: in hoc em̄ deum gloriificabāt. quia non aliter inuenerunt q̄ ea fuerat ab angelis dictū. ps̄. Sicut audiuius sic vidimus in ciuitate domini virtutū Regem⁹ ergo ꝛ.

**In natuitate domini tercius euange lium in introductio Sermonis vndeci: A**

**A**n principio erat verbū et verbū erat ap̄d de um Jo. i. c. Desideramus aliquid loqui de diui no verbo. sed non inuenimus aliqua v̄ba quib⁹ illud digne et sufficienter aperire possumus vnde in huius euāgelii expositione. Primo p̄ mitto verba Fulgentii scripta in exordio cuiusdam sermonis recitati ad nocturnas vigilias in quibusdam ecclesiis qui sic ait Cu pientes aliquid de huius diei solemnitate narrare. simulq̄ consi derantes id vnum verbum de quo dicere volumus nulla inueni mus verba quibus sufficienter aliquid dicere valeamus. et ad dit Fulgentius. Est enim hoc verbum non qd̄ desinit prolatus sed quod p̄manet natū. non transitorium sed eternum. non factum a deo patre sed genitum: nec solus genitū sed ec̄ vnigenitū